Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Libri historiarum quatuor [Rerum Romanarum epitoma] a [Joanne] Cuspiniano castigati cum ind

Florus, Lucius Annaeus

Vienne, 1511

Bellvm ethrvscvm cum porsenna titulus X

urn:nbn:de:bsz:31-270805

Visual Library

te corripuit: mox pro finibus: deinde pro ſociis: cum gloria & imperio laceſſentibus aſsidue uſq; quaq; finitimis: q̄ppe cū patrii ſoli gleba nulla eſſet: ſed ſtatim pomerium / mediuſq; iter lacium & Tuſcos q̄ſi in quodā biuio collocatus / oībus portis ī hoſtem incurreret / donec q̄ſi cōtagione q̄dam p ſingulos itū eſt, & proximis q̄buſq; corruptis totā italiam ſub ſe redegerunt.

BELLVM ETHRVSCVM cum Porſenna Titulus X.

P Vlſis ex urbe regibus prima p libertate arma corripuit: nā Porſenna rex Ethruſcorū ī gētibus copiis aderat: & Targnios manu reducebat. Hūc tū q̄uis & armis & fame urgeret: occupatoq; Ianiculo ipſis urbis faucib⁹ īcubaret: ſuſtinuit: reppulit: nouiſſime etiā tāta admiratiōe pculit: ut ſupior ultro cum pene uictis amicitiæ federa feriret. Tunc illa Romana picula atq; miracula Hora. Mutius. Cloelia: que niſi in annalibus forent: hodie fabulæ uiderentur. Quippe Horatius Cocles poſtq̄ hoſtes undiq; īſtātes ſolus ſubmouere nō poterat: pōte reciſo trāſnatat Tyberim: nec arma dimittit. Mutius ſceuola regem p inſidias ī caſtris eius aggredit: ſed ubi fruſtratū circa purpuratum eius ictum tuetur: ardentibus focis iniicit manū: terroremq; geminat dolo: Vt ſcias inquit quem uirū effugeris: idem trecēti iurauimus. Cū interim (immane dictu) hic interfectus: ille trepidaret tanq̄ manus regis arderet. Sic quidem uiri. Sed ne q̄s ſexus a laude ceſſaret, ecce & uirginū uirtus. Vna ex obſidibus regi data elapſa cuſtodiā Cloelia per patrium flumen equitabat: & re quidem tot tantiſq; uirtutum territus monitis / ualere liberoſq; eſſe iuſſit. Targni: tam diu dimicauerunt: donet Arontem filium regis / manu ſua Brutus occidit: ſuperq; ipſo mutuo uulnere expirauit. Plane quaſi adulterum ad inferos uſq; ſequæretur.